

V. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum
verbum tuum.

R. Et Verbum caro factum est, & habitavit in
nobis.

A la fin on ajoute, Gloria Patri, &c.

V. Angelus Domini nunciavit Mariæ.

R. Et concepit de Spiritu Sancto.

Oremus.

Gratiam tuam quæsumus Domine mentibus
nostris infunde, ut qui Angelo nunciante
Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per
passionem ejus & crucem ad resurrectionis gloriam
perducamur. Per eundem Christum Dominum
nostrum. *R.* Amen.

*L'on dit ensuite pour les Confrères & Sœurs, &
pour les bienfaiteurs décédés, le Pseaume.*

DE profundis clamavi ad te Domine:
Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem depre-
cationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine
quis sustinebit.

Quia apud te propitiatio est: & propter legem
tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit
anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret
Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa
apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitati-
bus ejus.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.